



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri  
Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

XXV. De gravioribus culpis. Os, orare, vale si crimen sit capitale, Mensam  
& collegas pœna probrosa negas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

2. MART. 2. JUL. I. NOVEMB.

CAPUT XXV.

*De gravioribus culpis a.*

**I**s autem Frater, qui gravioris culpe noxâ tenetur *b*, suspendatur *c* à mensâ simul & Oratorio: Nullus ei Fratrum in ullo jungatur confortio, neque in colloquio. Solus sit ad opus sibi injunctum, persistens in pœnitentiæ luctu, sciens illam terribilem Apostoli sententiam dicentis *d*, traditum hujusmodi hominem Sâtanæ in interitum carnis *e*, ut Spiritus salvus sit in die Domini. Cibi autem refectionem solus percipiat, mensurâ vel horâ, quâ præviderit ei Abbas compètere *f*. Nec à quoquam benedicatur transeunte *g*, nec cibus, qui ei datur.

a) *Quanam censeantur, videri potest in Statutis nostris Bursfeld. pag. 204.*

b) *Sive reus est.*

c) *Id est, excludatur ad tempus.*

d) *I. Cor. 5.*

e) *Id est, ut in corpore vexetur, & morbis aut vulneribus à diabolo affligatur, ut sic pœni-*

paeniteat & salvetur in die iudicii. Ex  
Ambr. Chrysof. &c.

f) Id est, quantum & quando Abbas volue-  
rit. Fit autem passim in pane & aqua,  
ex more veterum. Ex quo item includi  
solent carceri, aut cellulae separatae.

g) Per quae verba negatur salutatio, quam  
hoc modo olim factam fuisse colligitur ex  
c. 53. & 63. Regulae. Privatatur proinde  
in hoc cap. excommunicatus omnibus iis,  
quibus privat excommunicatio verè Eccle-  
siastica juxta vulgarem versum: Os, Ora-  
re, Vale, Communio, Mensa negatur.  
De qua etiam excommunicatione locum ci-  
tatum Apostoli intelligunt S. Aug. & alii  
passim.

3. MART. 3. JULII. 2. NOVEMB.

C A P U T XXVI.

De his, qui sine jussione Abbatis jun-  
gunt se excommunicatis.

Siquis Frater praesumpserit, sine jussio-  
ne Abbatis Fratri excommunicato quo-  
libet modo se jungere a aut loqui cum  
eo,